



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporvm Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Vicarius.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

quod non per cap. cum in sancta, &c. vestimenta, de consecrat. dist. 1; ubi dicitur solum debere tangi a personis sacrae, tamen per cap. non licet, primo, & secundo. 23. d. dicitur posse Acolytum illa tangere, similiter Corporalia, sed solum ante sacrificium, in sacro, Subdiaconum ante & post sacrificium, Diaconum in ipso sacrificio, Gloss. in dict. cap. Sylvest. in ver. corporalium, num. 2. quo sit, constitut. in min. ordinib. citra Acclytatum, ea tangere non posse absque peccato, ut patet iuribus allegatis.

## V I C A R I U S.

**E**piscopus potest nedum unum, sed plures Vicarios generales in sua civitate, & Diocesis constituere, cap. quoniam de offic. Ordin. ca. ad bac de offic. Archid. c. 1. de celebrat. Miss. Abbat. repet. §. quia vero, num. 13. deprab. & Anch. in Cl. 2. num. 2. de rescript. & ibi Abbas n. 2. Selv. tract. de benef. 2. p. q. 14. num. 7. ver. & si plures, & 4. p. q. 7. num. 2. ver. secundus, Archid. in c. cum generale, de offic. Vic. libro 6. Rebuff. pratt. benef. in for. Vicar. num. 203. & potest taliter eos constitutere, quod alter non dependeat ab altero, & quod sint aequales, & in solidum, vel quod sit unus principaliter, etiam si constitutatur alter in alio loco, quia non attendit generalitas loci, sed commissionis causarum, & sic facerent unum Consistorium cum Episcopo, Sylvest. in ver. Vicarius. §. 4. ver. primum, sicuti in una Ecclesia possunt esse Archidiaconi, & dignitates, Boer. dec. 286. n. 1. Fel. in c. eam te, de rescript. facit, l. unica ff. de offic.

Consul. Hinc sumuntur multa, & primum, quod quando appellaretur ab illo Vicarius, sic generaliter constitutus, non posset appellari ad Episcopum, cap. 2. de consuetud. libro 6. cap. Romana, de appellat. eod. libro sed ad Metropolitanum, & fallit in causis Religionis, seu heresios, quia ab Episcopo, vel ejus Vicario generali non appellatur ad Metropolitanum, sed ad Papam, vel ad supremum inquisitoris Senatum. Penga Com. 31. num. 30. Direct. inquisit. Can. de loc. Theolog. libros 6. c. 4. in princ. c. ut dubius, in fine, & ibi gl. in ver. causis, de appell. & ibi Apollinator.

Secundum, quod a vicariis foraneis, qui constituantur per diaecses, verbi gratia, quisquis in terra sua, appellatur vel ad Episcopum suum, vel ad Vicarium generalem eiusdem, gloss. in Clem. 2. in ver. foraneo, de rescript. d. c. Romana, §. ab Archidiaconis. Marant. 4. par. distinct, §. a num. 13. & infra, & in titul. de appellat. a num. 380. & infra, decil. Rotae 5. de offic. Vicar. in noviss. D. Antoninus 3. p. tuul 19. cap. 10. §. 2. Gem. in c. Roman. versic. oppono secundo, de apel. libro 6. & in cap. 2. versic. glossa super verb. auditorium, de consuetud. libro sexto, ubi hoc extendit in causis omnibus subditorum Episcopi vel eius delegati ipsius Vicarii, nam ab ipsis appellatur ad ipsum Episcopum, vel ejus officiale, & in ver. quero an isti foranei dat rationem, quare ab ipsis appellatur ad Episcopum, quia non habent potestatem ordinariam sed delegatam, de offic. ordin. libro 6.

Tertium, quod licet a sententia diffinitiva



nativa Vicarii generalis non possit appellari ad Episcopum constitutum, Guid. Pap. *questio* 436, *nu.* quadragesimo primo, tamen potest ab iaterlocutoria, Addit. ad d. *decis.* ubi dicit sic fuisse decisum in facto, & citat Francum, *in dict. cap. 2. de consuetudine*: immo si Vicarius detulit appellationi, potest Episcopus eam revocare, & rejicere, Phil. Franc. *in cap. dilect. il. 2. num. 45. de appellat.*

Quartum, à collatione beneficij facta à Vicario generali, potest appellari ad Episcopum, *decis. 7. in noviss. eo tu.*

Quintum, à sententia Vicarii generalis potest dici de nullitate, vel per restituionem in integrum coram suo Episcopo, & è contra, Maranta, *loco citato*, *num. 383.*

Sextum, à sententia delegati ab Episcopo, cui commisit ipse causam, cùm fuerit fortassis allegatus suspectus, potest appellari ad eundem Episcopum, & tunc non ut judicet, quia etiam esset suspectus, sed ut alterius personæ non suspectæ deleget causam gloss. *in cap. si quis contra clericum, in versi. exequior, deforo compet.* nam a delegato Episcopi non potest appellari ad Metropolitanum, gloss. *ibidem, &c. dilecti. num. 3. de appellat.* licet Guid. Pap. *loco citato, num. 42.* dicat, quod etiam ad Metropolitanum, & confirmat hoc ex Ioanne Monacho, & Io. Andr. *in dict. c. Romana.*

Septimum, ab eo, cui Episcopus commisit causam aliquam particularem, vel vices suas, appellatur ad ipsum Episcopum, vel ad ejus Vicarium generalem, *d. decis. 3. citata, & Cardin. in. Clem. 2. questio 24. de rescript.* Covar. *prakt. quest.*

*cap. 4. num. 8. concl. 5.* hoc tamen fallit, quando Episcopus veller delegare semel aut pluries caulas, frustrando Metropolitani audientiam, & hoc esset in fraudem appellationis, ad superiorem devolendum; nam tunc non proderit hæc fraus Episcopo, quia posset ad superiorem appellari, omisso deleganter Speculator, *in tit. de appellatio §. 4. num. 6. Ioan. Andre. Gemin. & Franc. in dict. cap. Romana in principio Covar. loco citato ver. his tamen unicunque. Itò Gemin. loco citato versio. oppono tertio, dicit, quod Archiepiscopus potest proferre sententiam excommunicationis generalem contra eos qui delegarent causas fraudulentem, per cap. Romana, §. *caveant, desentent. excommun. libro 6.* & ista sententia excommunicationis ligaret Episcopum Suffraganeum, sic fraudulentem delegantem, quia Archiepiscopus est judex ordinatus Suffraganei, Gemin. *in dict. cap. primo, de offic. ordin. libro 6. in princip. sed non potest proferre specialem excommunicationem contra dictum suffraganeum, nisi causa probata: idem Gemin. & Ioan. Andr. ibidem.**

Octavum, quod excommunicato Episcopo, Vicarius non potest exercere jurisdictionem ipsius Episcopi, *cap. Romana.* & *ibi gl. in ver. ipsi. de offic. Vic. lib. 6. Reb. l. cit. n. 217. Mat. 4 p. d. 5 n. 75. Selva tract. de benef. 2 p. 9. 14. n. 4. vide Abb. in c. 2. n. 6. ut lite pen. & in Clem. 2. n. 7. de rescript. & in Clem. procur. n. 8. de procur. hoc fallit in delegante excommunicato. nam tunc eius deleg. posset exercere jurisdict. gl. *in cap. licet in ult. de offic. delegat.**

Nonum, Vicarius non potest confer-

conferre beneficia sine speciali concessione Episcopi, capitulo 2. de offic. libro 6. patet ibi per omnes Scribentes, Gom. quest. 27. colum. 3. casu 3. de trien. poss. immò, quando Vicarii conferunt beneficia ex hac speciali concessione. debet hoc asserere in Bullis, argum. cap. cùm in iure peritus, de offic. deleg. cap. præterea . de dilatio, Rebuff. loco citato, num. 13. Maran. loco citato, num. 59. & ibi Foller. num. 60. & an, & quando collatio beneficij facta per Vicarium det titulum coloratum, vide Caput aqu. decisio, 176. 1. pare.

Decimum, non potest accipere resignations, nec permutationes beneficiorum sine dicta speciali concessione, Rebuff. ubi supra, num. 110. Calder. consil. 3. incipiente, Aurenunciatio, in titu, de renou. Staph. delit. grat. fol. 120. num. 20. Anchar. in cap. unico, num. 2. dorer. permis. libro 6.

Undecimò, nec potest præstare assensum donationibus juris patronatus, sine dicta concessione, Selva ubi supra, 1. p. q. 14. num. 4. Ratio est, quia hoc est iurisdictoris gratiosæ, & non necessariæ, protat in cap. unico, de jure patron. libro 6.

Duodecimum, nec præstare assensum alienationibus bonorum ecclesiastico- rum, sine dicta concessione, Staph. loco citato, Cap. Tolos. quest. 97.

Decimuum tertium, nec præstare assensum donationi, fundationi & ædificatio- ni juris patronatus, Selva loco citato 1. p. q. 6. num. ... & 2. p. q. 14. num. 4. Rebuff. loco citato num. 184. sine dicta facultate.

Decimuum quartum, Vicarius potest fa- nel speciali facultate instituere præsen- tatos, cap. ex frequentibus, de insti. Syl. loco

citato, in princ. Abb. in cap. auctoritate, dec. Rota 5. de offi. Vio. in novis. Boet. decis. 30. num. 4 quamvis oppositum habeat Rebuff. loco citato num. 126. & 137. & in- frà, quod etiam potest Capitulum, sede vacante, cap. 1. de insti. 1. 6. & an possit Vicarius conferre beneficium existens extra Diœcesin, dato quod ad hoc ha- beat speciale mandatum? Vide in ver. benef. 10. Hostiens. in Summ. tit. ne Sede vacante. 9. & in quibusdam, Affiliat. in Constit. de Quæst. notab. 2. idem Gemin. in cap. quanquam. ver. sed hic querit de e- leet. libro 6. & in cap. presenti, ver. sed quid, de offic. leg. eod. lib. ubi assignat rationem, quia conferre est voluntatis, instituere necessitaties.

Decimumquintum, Vicarius Episco- pi Generalis præcedit Arcidiaconum, Staph. de lit. grat. fol. 202. num. 14. Addit ad decisi. Rom. primam, num. 5. de offic. Vt. in novis. Abb. cons. 20. & 22. incipiens, ca- sus sub quo consilium petitur, talis est, ubi concludit, non valere consuetudinem contrarium, Felin. in Rub. de maio, & o- bed. Rebuff. loco citato, num. 1. Roman. sing. 262. fallit quando Vicarius esset Ca- nonicus, vel esset constitutus à Cap. quia tunc sedere debet in suo loco, & non præcedere antiquiores, Rebuff. ubi sup- ra num. 28. Boet. tract. de auct. mag. cons. par. Franc. num. 69 Capyc. decis. 27. et- iam si constitutus ab Epiloco, & hoc in casibus Canonorum, & non in aliis: & ratio est, quia Vicarius dicitur in dignitate constitutus, Rebuff. ubi supra, nu. 4. hoc intellige, quando sederet ut sim- plex Canonicus, nam secus quando se- det ut Vicarius, quia tunc est in primo loco



*loco per Episcopum Caput aq. decis. 307. num. 6. i. p. & idem in Episcop. obo. ibidem. sed Navar. consil. i. de major. & obed. dicit. valere conluetudinem, ut Archidiaconus, & alii antiquiores in promotione præcedant Vicarium generalem Episcopi, itinè ipsum Episcopum, quando intereat Capitulo, ut Canonicus, & quod Vicarius Canonicus debeat sedere in loco suo, intellige, ubi consuetudo non est in contrarium, Navar. loc. citat. consil. 2.*

Decimum sextum, potest dispensare in omnibus irregularitatibus *Ex delicto occulto provenientibus, excepta ea, quae oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad suorum exterius, similiter ab omnibus casibus reservatis Sedi Apostolicae occultis absolvere, Concilium Tridentinum sess. 24. lib. 6. de reform.*

Primum dubium, an possit Vicarius absolvere in criminis heresis, in foro pœnitentiae? Et videbatur quod non, quia Con. ibidem dicit in fine, non eorum Vicarii, sed ibi Con. non intelligit de Vicariis generalibus; sed de pœnitentiariis, qui ab Episcopis constituantur in Ecclesiis Cathedralibus, Flor. Theol. 4. Sentent. de confess. fol. 232. sed hoc cessat hodie, cum etiam hoc sit Episcopis sublatum, per ea, quae dixi in ver. absolvit, §. 5. sed stando juri communis dicti sac. Con. dico, quod potest Episcopus hoc specialiter committere suo Vicario, Navar. con. i. de confit.

Secundum dubium, an possit dispensare in irregularitate, non proveniente ex delicto occulto, prout est in judice condemnante ad pœnam mortis, sive

mutilationis, aut milite interficiente in bello, justo, & videtur quod sic, quia qui concedit maius, & minus concedere videtur, & ubi minor culpa, faciliter veniam impetratio, tamen oppositum est verius, Navar. cap. 27. num. 124. in fine.

Tertium dubium, an si quis casu occiderit aliquem, & est occultum, posset dispensare cum eo Episcop., seu eius Vicarius generalis? Respondeatur quod sic, primò, quia Concilium solum loquitur de homicidio voluntario, sed non de casuali, ubi interveniret aliqua culpa, sive mortalis, sive venialis, quia delictum utrumque sonat, juxta illud Psalm. *Dilecta quis intelligit*, ut non adhibita diligentia, vel in clero exercente sibi actum illicitem, quia si esset mere casualis, ibi non esset nec irregularitas, Navar. loco citato num. 220. notab. 3. in fine, Armil. in ver. irregularitas, num. 13. Caiet. in Samm. in ver. irregularitas.

Quartum dubium, an cum ordinatus ante etatem legitimam, hoc sciente, exercente ordinem, quo sit irregularis, possit Episcopus, vel eius Vicarius generalis dispensare? Respondeatur affirmativè, quia est irregularitas, cum delicto, cetera huius generis de dispensatione, vide in ver. dimissorie, §. 4. & hoc intelligendum est de Vicario generali habente speciem auctoritatem.

Quintum dubium, an possit dispensare cum eo, qui contraxit irregularitatem cum delicto occulto, excepta, &c. & is est alterius diœcesis, & videtur quod non, quia Con. loco cit. dicit, delinquentes quoscunque sibi subditos in diœcesi sua; ergo non potest cum suis non sub-

K k k dits

ditis dispensare: tamen mihi videtur oppositum verius, salvo meliori judicio, & dico, quod si aliquis contraxit irregularita, em: prout sup. Neap. quod posset cum eo dispensari ab Archiepiscopo Mediolanensi, vel ejus Vicario generali Mediolanensi, supposito quod ille irregularis sit Neapolitanus & Neapoli contraxerit irregularitatem. Ratio est prima, quia si hoc valet in confessione peccatorum, prout dixi *superius in ver. Confessio*, multò magis in hoc secundo, ex doctrina Caiet. *in opusc. tomo 2. in questiōnā* ad Sacramenti pænitentiae minister posse esse Sacerdos absque jurisdictione, & ibi in corpore concludit duplēcēm esse auctoritatēm, sive jurisdictionem, unam ordinariam, sive coactivam, sub qua ordinati, & coactivē quis subditur suo prælato, aliam delēgatam, seu voluntariam, sub qua quis se voluntariè submittit, & exemplificat in Papa, ibi bidem in responsione ad primum. Sic dico, quando quis Diocesanus possit dispensare super irregularitate, vel absolve-re super aliquibus occultis, Sedi Apostolicæ reservatis, à suo Episcopo, vel ejus Vicario, hoc facit coacte, quia ei coactiva jurisdictione subditur: quando vero aliquis aliena diocesis hoc petit, dico, quod est jurisdictione voluntaria, & sufficit & voluit hoc annuere fac. Conc. quando dixit, *quoscumque subduos, & non subditos simpliciter*, quia subjectio aliqua est coacta, aliqua voluntaria, & dat exemplum in iudicio arbitrorum, à partentium potestatem habentium, facit *cap. statuum, §. in nullo derecript. lib.* & ubi de consensu partium prorogatur

*jurisdicō, c. P. & G. de offic. de leg. Navar. c. 27. num. 255. notab. 6. ubi dicit posse Confessarium ex-conuentudine sic introducta, absolvere confessum à peccati, ubique cōmissis, etiam reservatis Episcop. si ad id habeat potestatem, & dicit se nunquam vidisse Confessarium hanc potestatem habentem remittere quem ad Episcopum alterius Episcopatus, ergo si hoc potest confessarius, multò magis Vicarius, vel Episcopus, idem confirmat *Gemin. in cap. 2. §. statuto, num. 60. de con. libro 6. accedit* praxis, quia ita vidi servari à doctis, jurisque Confessariis, mittentes suos penitentes irrestititos hujusmodi vinculis, ad Episcopum, seu Vicarium loci, ubi audiunt confessiones, quamvis penitentes sint alterius Diocesis, similiter sic, de illo, qui est alterius territorij, & contraxit irregularitatem: nam possunt dispensari ab Episcopo illius Diocesis, ubi repertuntur, & ubi illam contraxere; licet ad hoc posset dici, quod ratione delicti sortiantur forum, *cap. fin. de foro comp. sed hoc quamvis sit verum in foro exteriori, non tamen valet in foro conscientiæ, Covar. pract. questiō c. II. num. 4. ver. primum, gloss. in cap. placuit, il. 1. 19. qu. 1. facit quod notat Anch. in c. ea que. n. 2. do reg. libro 6. vide Navar. in consil. 31. de pæn. & remiss. ubi hoc admittit in persona exempta, imò etiam videtur dubitate universaliter, & consilio 48. num. 12. ver. ad quintum, dicit, quod potest Episcopus absolvere excommunicatum advenam, quia per submissionem, quae in jurisdictionem illius se submisit, quæsivit dictam absolutionem, & consilio 56.**

*num. 29.*



*m. 3. & 7.* dicit, laicos ratione submissio-  
nis posse se submittere jurisdictioni ju-  
dicis ecclesiastici, ubi non obstat aliqua  
lex in contrarium, & ratio rationis est :  
nam quisque potest renunciare foro suo,  
modò per hoc non præjudicet superiori  
suo, *cap. si diligenter, cum vulgatis iurib. de*  
*foco comp.* Sed in hoc nulli sit præjudici-  
um, cum sinus in foro poli. Præterea  
faciunt, quæ dicit *Gem. in cap. cum Epis-  
copus, ver. ex secundo, de offic. ordin. lib. 6.*  
ubi habes, quod Praelatus potest habere  
ordinariam potestatem in aliquos, ratio-  
ne delicti, res sitæ, & contractus, licet a  
libi habeat domicilium, *vide in 2. p. in*  
*ver. subditu, quia potest facere pro multis,*  
facit *Gem. in capit. nuper, in ver. tunc erit,*  
& *glossa in Clem. quamvis in ver. subditos,*  
*de foco comp.*

Decimum in septim u[n]o, sequitur quod Vicarius etiam posset concedere excom-  
municationes illas, quæ monitionib.  
præmissis, ad finem revelationis, ut a-  
jungi, aut pro deperditis, seu subtractis  
rebus, fieri solent, quamvis Concil.  
Trident. *sess. 25. cap. 3. in princ. de reform.*  
videatur id solum concedere Episco-  
opo, cum dicat à nemine prouersus, præ-  
terquam ab Episcopo decernantur. Ra-  
tio hujus dicti est, quia Vicarius potest ea,  
quæ Episcopus quoad jurisdictionem, &  
ita declaravit sacr. Congreg. *declar. 12.*  
dummodo ipsemet Vicarius magna ma-  
ritute cause cognitionem adhibeat.

Decimum octavum, potest etiam fa-  
cere alias excommunicationes, quas po-  
test Episcopus. Ratio est, quia faciunt  
Consistorium, *Clem. 2. de Ref. & ibi gloss.*  
*& in cap. 2. de consuet. libro 6.*

Decimum nonum, potest ea omnia,  
quæ Episcopus quoad jurisdictionalia, si  
hoc sibi Episcopus specialiter concesse-  
rit, quoad ea quæ speciali concessione  
concedi debent, vel generaliter ea, quæ  
generali clausula conceduntur, gloss. &  
text. *in cap. 2. de offic. Vicar. libro 6.*

Vigesimum, an, & quando à sententia  
Vicar. in criminalib. possit appellari ad E-  
piscopum, vide *Marant. 4. par dict. 5. nn.*  
*16. & de appellat. num. 384. Diaz. in præt.*  
*Crim. Can. cap. 3.*

Vigesimum primum, multa alia copi-  
osè circa formā Vicariatus necessaria po-  
teris videre in *Rebuff. loc. cit. & Covar.*  
*libro 2. c. 5. num. 8. & 9. var. resol.*

Primum dubium, Episcopus cogitur  
tenere Vicarium, c. inter cetera, & c. quo-  
nam de offic. ordin. & ibi Abb. *Selva loco.*  
*citato, 1. par. quest. 5. num. 174. Boer. decis.*  
*347. Rebuff. in tit. an plura collat. fir. poss.*  
*num. 16. & quid debeat facete Capitu-*  
*lum circa electionem Vicarij mortuo E-*  
*piscopo, vide superius Capitulum, & luct.*  
*Congreg. declarat 304. censuit, quod va-*  
*cante Sede Episcopali, Vicarius debet*  
*eligi Doctor, alias electio est irrita, &*  
*nulla, imò si Episcopus demortuus re-*  
*liquit Vicarium, quem elegerat, cùm non*  
*esset Doctor, Capitulum non debet eum*  
*confirmare, sed alium qui sit Doctor, e-*  
*ligere, ita censuit sacr. Congreg. declarat*  
*255. in meir: ex quo deducuntur duo. Pri-*  
*mum, quod Episcopus potest tenere Vi-*  
*carium, non Doctorum. Ratio est, quia*  
*cum ipse Episcopus sit Doctor, ut patet*  
*vulgatis iuribus, sufficit, quidquid sit Vi-*  
*carius. Secundum, quod hoc debet intel-*  
*ligi, ubi commode fieri potest; nam vi-*

Kkk 2 di in

di in multis Episcopatibus Sede vacante in practica, eligi Vicarium, non Doctori, Surrenti, Compze, Minoris, quod possit fieri arbitror, arg. facit Conc. Trident. sess. 24. cap. 12. ver. Archidiaconi, & quia cum secundus Sede vacante ipsius Episcopatus sint Reverenda Camera Apost. ut patet ex Bullis, quis dabit salarium Vicario Doctori? Dices, adiunt emolumenta, dico, & ibi nulla sunt emolumenta, quia Doctor feret hoc per fidus sine mercede? ita censet Navar. cons. unic. de officiis Vicar.

Secundum dubium, an Vicarius constitutus a Capitulo Sede vacante, potest revocari ab eodem Capitulo durante dicta vacatione? Respondeatur affirmativè? & ita dicit se consuluisse D. Ant. 3. p. titul. 19. §. 2. cap. 10. & hoc ampliatur, etiam si Canonici jurassent, vel promisissent sub certa pena, eum non revocare, cap. si. de procurat. libro 6. etiam si sine justa causa D. Ant. loco citato, Selva ubi supra, 3. par. quest. 17. num. 2. propositum, Reb. ibidem, num. 193. & idem dicit in Episcopo, sed dicit ob hoc incurri perjurium, & opus esse absolutione à juramento, Boer. decif. 347. ubi multa dicit de Vicario.

Tertium dubium, an Episcopi possint committere causas criminales, & omnes alias tuo Vicario generali, vel an intelligatur data cum Clausula generali, addita aliqua particulari, prout gloss. in cap. licet, in ver. committantur, de officiis Vicar. libro 6. & videretur quod non, per dictum c. de officiis Vicar. libro 6. tamen relictis disputationibus conclusio est, quod possit, cum de consuetudine ita hodie observetur.

Covar. libro 3. cap. 20. n. 4. var. resol. Diaz. loco citato, Confirmatur, per Concil. Trident. sess. 13. cap. 4. ubi loquens de actuali degradatione, que non imponitur ob grave delictum, tam Episcopum, quam ejus generalem Vicarium hoc posse facere, cum suis requisitis decernit, & sic celsant ea, quæ dicit Maranta 4. p. d. 5. num. 16. quod à causis, in quibus requiritur speciale mandatum, prout criminalibus, beneficialibus, & aliis similibus, posset appellari a Vicario ad Episcopum, tamen propter Capitulum secundum citatum, & propter contrariam consuetudinem, & quia faciunt unum Confistorium, per per cap. 2. de consuet. libro 6. aliter concludunt Covar. & Diaz. loco citato. & Vicarius habet jurisdictionem ordinariam, Innoc. in cap. tua nobis, de officiis Vicar. sed non potest constituere alium Vicarium, Hostiens. in cap. Cleric. de officiis Vic. Bald. in Marg. Inn. in ver. Vic. Host. in Summis. in de officiis Vic. num. 2.

Quartum dubium, an Vicarius generalis Episcopi possit substituere alium Vicarium? Respondeatur quod ex causa ad modicum tempus, bene potest, Gloss. in Clem. ut professores, in ver. locum, de Reg. & gloss. in cap. 1. de officiis Vic. libro 6. & ibi Apostilla. Fon. Phil. Fran. decif. Rot. & addit. ibi in noviss. de officiis Vic. Maranta, cit. num. 22. Guid. Pap. questione 374. n. 6. similiter quando causa esset necessaria, vel quia infirmus, vel causa absentie pro modico tempore, & hoc intellige, si habeat hanc potestate substituendi, quia secus non posset, Rebus ff. loc. cit. num. 73. Anch. in d. cap. n. 2.

Quintum dubium, an de causa delega-



ta Episcopo, possit cognoscere suus Vicarius generalis, &c è contra. Dic quod non, per ea, que habet Rebuff, ab ipsa, num. 161. & ideo hodie de stylo Curie signature sicut committit Episcopo & Vicario generali, in hæc verba: *Venerab. fratri Episcopo N. & delecto filio Vicario eius generali.* Sed hoc ego intelligerem, quando committitur nūdum ministerium, vel aliqua causa sp̄cialis, ubi eligetur industria petione, cap. si. S. si. de offic. deleg. & c. si. de off. ord. fecis vero, quando Episcopo committetur causa generaliter, per cap. si qui, de præb. nam delegatus à Principe potest subdelegare, l. à iudice, C. de iudic. cap. si. & cap. pastoralis, de offic. deleg. Sylv. in ver. delegatus, §. g. n. 10. ver. primum, & hoc quando Episcopus cui commissa erat causa, delegasset eam suo Vicario, securus vero non posset cognoscere de ea Vicarius, quia in tantum Vicarius potest cognoscere de causis delegatis suo Episcopo, quatenus vel committitur insolidum, vel alternativè, prout supra, vel sibi ab Episcopo subdelegetur, prout patet iuribus vulgatis, cap. prudential, & cap. super questionem, de offic. deleg.

Sextum dubium, Vicarius quando revocari posset, & ei notificanda sit revocatio, vide Boer. dec. 347. numer. 14. p. 70.

Septimum dubium, Vicarius Episcopi an possit esse Clericus conjugatus, etiam non bigamus? Respondeat Anchær. in ca. Romana, num. 3. de officio. Vt car. libro 6. quod non, nec compromissor in causa spirituali, & Abb. in cap. 2. num. 2. de cler. conjug. Sed potest esse Vicarius Episcopi

habentis jurisdictionem, Fel. in cap. 1. n. 6. col. 4. ver. salit primo, de iud. Zachar. in additio. ad Abbat. litera A. cap. in nova, 16. quest. 6. Reb. pract. ben. forma Vicarius Archiepiscopi, num. 35.

Octavum dubium, Vicarius potest esse iudex in causa Episcopi, nec quando datur suspectus, eliguntur arbitrii, sed de stylo signature datur adjunctus. Addit. in decis. Rota, prima de offic. Vicar. in nonoviss. Fel. in cap. cùm venissent, num. 8. de iud. & Bald. ab eo citatus, immo, si Vicarius recusat ut suspectus, & causa suspicionis erit assignanda coram Episcopo, & non coram arbitris, Abb. in ea super questionem, de offic. deleg. §. quare vero, & ibi Fel. num. 15.

## VISITATIO.

## SVMMA RIUM.

- 1 *A quo fieri debet.*
- 2 *Quando.*
- 3 *Quid visitandum.*
- 4 *Ad quod se extendat gener aliter.*
- 5 *Quid in ea agendum.*
- 6 *Quid accipendum.*
- 7 *Visiator an habeat jurisdictionem ordinariam, vide c. singulis de statu mon.*

**A**D primum, relictis aliis, quæ erant de jure antiquo, à tribus personis Posse fieri visitationem, ab Episcopo per se plam, vel per Vicarium generalem, vel per deputatum in visitatione, Con. Trident. sess. 24. cap. 4. de reform. & sub nomine Episcopi intelliguntur omnes habentes ordinariam jurisdictionem in

Kk k 3 aliquos